

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Cicero schreibt über sein freiwilliges Exil

Im Jahr 58 v. Chr. verlässt Cicero auf den Rat seiner Freunde Rom und begibt sich in ein freiwilliges Exil nach Thessaloniki. Darüber spricht er in einer Gerichtsrede folgendermaßen:

Servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices. Caedem a vobis
2 liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli,
et unus rem publicam bis servavi, semel gloria, iterum aerumna mea. Neque
4 enim in hoc me hominem esse infitiabor umquam, ut me optimo fratre,
carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris
6 gradu sine dolore caruisse glorier.

Quod si fecissem, quod a me beneficium haberetis, cum pro vobis ea, quae
8 mihi essent vilia, reliquissem? Hoc meo quidem animo summi in patriam
amoris mei signum esse debet certissimum, quod, cum abesse ab ea sine
10 summo dolore non possem, hunc me perpeti quam illam labefactari ab
improbis malui. [...]

12 Ego, qui, quemadmodum multi in senatu me absente dixerunt, periculo rei
publicae vivebam, quique ob eam causam consularibus litteris de senatus
14 sententia exteris nationibus commendabar, nonne, si meam vitam
deseruissem, rem publicam prodidissem? In qua quidem nunc me restituto
16 vivit mecum simul exemplum fidei publicae. Quod si immortale retinetur,
quis non intellegit immortalem hanc civitatem futuram?

18 Nam externa bella regum, gentium, nationum iam pridem ita extincta sunt,
ut praeclare cum iis agamus, quos pacatos esse patiamur. Denique ex bellica
20 victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta. (192 Wörter)

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

Zeile	
1	discessus, -us m.: Weggang, Exil
3	gloria, -ae f.: Ruhmestat
4	in hoc: darin, in diesem Punkt infitiari, -or, -tus sum: (ver)leugnen
5f.	honoris gradu: als Konsular
7	quod a me beneficium haberetis, cum...: was hätte ich euch für ein Opfer gebracht, indem ich ja sodann
8	meo animo: nach meinem Gefühl
10	labefactare, -o: zugrunde richten
12f.	qui periculo rei publicae vivebam: dessen Lebensgefahr auch Gefahr für den Staat bedeutet hätte
14	commendare: empfehlen
15	qua: gemeint ist die „res publica“
16	quod: gemeint ist „exemplum“
	retinere, -eo, -ui, -tentum: beibehalten, bewahren
17	futuram: Ergänzen Sie „esse“!
18	pridem: längst
19	pacatus, -a, -um: friedlich, beruhigt; denique: überhaupt
20	non quemquam = neminem consequi, consequor, consecutus sum (+ Akk): folgen, sich ergeben (für)

